

MAGNIFICIS ET NOBILISSIMIS VIRIS I. V

DOCTORIBVS EXCELLENTISSLIMIS, D. SIMONI AB ECK CANCELLARIO, ATQVI

Vuiguleo Hundio, & Onophrio Berbingero, Illustrissimi ac potentissimi Principis Alberti, Comitis Palatini Rheni, utriusq; Bauariæ Ducis etc. Consiliarijs supremis, Dominis & Patronis suis optimis, C. Macer Albimœnius S.P.D.



Tsi mecum ipse statueram, nihil omnino scribere ad vos, summa prudentia, amplitudine, & grauitate viros Magnifici domini patroni, ne meæ primæ literæ molestiæ aliquid fortassis haberent: fregit tamen hoc consilium studiorum meorum cursus, & publica docendi functio. Licet enim inter omnes legum candidatos, quorum huc multi confluunt, hoc tempore sim minimus, volui tamen exercitatione in Iure disputandi, longo iam tempore intermissam, quasi postliminio reuocare: partim, ut studiorum meorum aliquod specimen vobis exhiberem, partim verò, ut alias commilitones meos, ad hoc utilissimum certamen, meo exemplo incitarem. Accedit quod in hoc differendi munere Clarissimus I. V. Doctor, & Professor, Nicolaus Euerhardus Iunior, operam suam haud grautam mihi promiserit, ne mihi, ne Auditorum suorum commodo, ne deniq; honori scholæ deesse videatur. Porro ad Orationem electionem mihi à vobis benignè demandatam quod attinet, non est, quod me vel laudibus efferam, vel grauiter vituperem: cùm vtrunq; sua non careat reprehensione. Proinde vestrum est Amplissimi viri, an aliqua cum laude, & studiosorum adolescentum fructu, Spartam meam hactenus exornauerim, ab alijs, & præcipue Collegis meis bonarum literarum & Philosophiæ Professoribus acutissimis, indagare. Hæc breuiter scribere volui, ut studia mea posthac quoq; promoueatis, scholamq; nostram, quod strenue facitis, exornare & fouere pergatis. Valete. Ingolstadij, mense Augusto, Anno M. D. L XII.

Diuino auxilio annuentibus excellentissimis I. V. Doctoribus, & Professoribus Iuridicæ facultatis Ingolstadiensis,
Conclusiones subseqentes, præsidente Clarissimo D. Nicolao Euerhardo Iuniore, pro viribus sustinere conabitur C. Macer Albimœnius.

EX MATERIA DIFFICILIS ET SVBTILIS §. AEQVE, INSTIT: DE ACTIO: CONCLVS:

Adserimus primo sufficientem esse illam seruitutem diuisiōnem, quam Martianus ponit in L. i. ff. de seruitu. ut scilicet dicamus seruitutem quasdam Personales esse quasdam Reales.

2. Mistarum seruitutem speciem quam dd. affingunt, in hac materia omnino reprobamus.

3. Personalem seruitutem illam uocamus, quando res aliqua persone seruit, ita quod extincta persona seruitus quoq; finiatur.

4. Realem seruitutem illam appellamus quando aliquares immobilis alteri recte immobili uicinæ seruit.

5. Realium seruitutem duæ sunt species. Quædam enim sunt Urbanorum quædam Rusticorum prædiorum.

6. Seruitutes tam personales quam Reales uarijs modis constituuntur.

7. Pro seruitutibus & alijs Iuribus incorporalibus actiones in rem proditæ sunt, quarum una confessoria, altera negatoria uocatur.

8. Pro debi & aut promissa seruitute constituenda afferimus confessoria actionem locum nō habere, sed solum personali actione, uel ex testamento, uel ex stipulatu, uel ex eo contractu per quem seruitus promissa est, agi posse.

9. Pro tuenda uero & afferenda seruitute iam constituta, dicimus confessoria actione quem experiri posse, qua afferat seruitutem aliquam deberi sibi uel rei sue aut quasi sue.

10. Et istam confessoria actionem afferimus non tantum utilem uerum etiam per necessariam esse.

11. Actio quippe ista datur aduersus quemicunq; impudentem nos uti Iure nobis debito.

12. At personales actiones dantur solum aduersus personam obligati.

13. Porro eandem actionem confessoria afferimus competere etiam pro afferendo Iure altius tollendi. tum s. quando ius altius tollendi est seruitus.

14. Altius enim tollere possumus uel Iure libertatis, uel Iure seruitutis.

15. Altius autem tollimus Iure libertatis, cum ædes nostræ seruitutem altius non tollendi uiciniæ edibus non debent.

16. Facultatem uero altius tollendi, in exemplo per Dymum & Iasonem hic adducto negamus Iure seruitutis competere, & ipsos toto Cælo errare arbitramur, dum putant, dictionem SVAS, de qua hic in textu, ad uiciniæ des referendam esse.

17. In exemplo quoq; Ioannis Fabri, Angeli, Zafij & aliorum sequacium ius altius tollendi, dicimus secundum mentem Imp. hic seruitutem esse non posse.

18. Ius ergo altius tollendi preter Doctores seruitutem esse putamus in illa specie, Quando ædes meæ uiciniæ edibus debebant seruitutem altius non tollendi, & uicinus mihi illam seruitutem simpliciter non remittat, sed ius altius tollendi concedat. Tunc enim Iure seruitutis ego ædes meas altius tollere potero.

19. Ius quoq; altius tollendi clariss intelligitur seruitus esse in illa specie, Quando ædes meæ uiciniæ edibus debebant seruitutem altius non tollendi, & uicinus mihi constituat ius altius tollendi ad decem pedes.

20. Secus autem esse arbitramur, quando uicinus simpliciter remittit seruitutem altius non tollendi suis edibus debitam, tunc enim uelut extincta prorsus seruitute, ædes meæ iure libertatis altius tollere potero.

21. Ius etiam uenandi in sylua alterius, Item ius secundi ligna in nemore ad alium pertinente, & alia similia iura quæ inhabitatoribus aut possessoribus certorum locorum debentur, secundum Germaniæ consuetudinem, non pacta personalia (ut Doctores arbitrantur) sed seruitutes esse afferimus.

22. Quapropter etiam pro his adserendis Iuribus confessoria actionem aduersus quemicunq; impudentem dari posse existimamus.

23. Licet uero seruitus Reali non persone sed prædio et Rei debeatur. Tamen in actione confessoria pro Reali seruitute intentata sustinetur libellus, in quo quis petit pronunciari & declarari, quod seruitus sibi debeatur.

24. Negatoria actio confessoria prorsus contraria, (Si finem utriusq; actionis consideremus) datur pro afferenda libertate prædij uel (ut alij loquuntur) pro neganda seruitute, unde & negatoria dictam putant.

25. Daturq; hæc actio ei qui est Rei dominus uel quasi dominus uel qui ius in re habet.

26. Et datur, aduersus cum qui in re nostra aut quasi nostra uel in qua ius habemus, seruitutem sibi deberi pretendit, seruitutem aut aliud quoddam ius usurpare conatur.

27. Sed hoc ita demum procedere arbitramur, quando quis titulo alicuius Iuris uel seruitutis aliquem in re sua molestat.

28. Cæterum si alio modo Rei Dominum uel cum qui ius in re habet, quis molestaret, tunc negatoria actionem locum non habere credimus, sed alijs actionibus profacti qualitate agendum putamus.

29. Hanc actionem etiam aduersus altius ædificantem locum habere arbitramur, per quam neget quis uicino ius esse altius tollendi, sed hoc eo casu tantum, quando uicinus Iure seruitutis ædes suas altius tollere uellet.

30. Quemadmodum autem in confessoria actione, actor petit declarari per Iudicem quod sibi, uel prædio suo, aut quasi suo, uel in quo ius habet, debeatur seruitus, Ita etiam ex diuerso in negatoria actione actor petit pronunciari & declarari, præmium suum esse liberum.

31. Et quamvis res Tertio cuidam seruitutem debeat, nihilominus tamen actor aduersus alium negotiorum agens recte petet, per Iudicem pronunciari & declarari quod res sua sit libera.

32. Nihil uero interesse arbitramur utrum affirmatiuus uel negatiuus uerbis confessoria & negotiorum actiones proponantur, dummodo uerbis ilibus utatur actor ex quibus intentio sua actioni propositæ conueniens intelligi possit.

33. In actione autem negotiorum regulariter onus probandi incumbit Reo, non actori, contra iuris communis regulas.

34. Quilibet enim res presumitur libera (et ut Doctores loquuntur allodialis) nisi probetur contrarium.

35. Ex quo generaliter affirmamus quotiescumq; actor intentionem suam fundatam habet, toties cum ab onere probandi releuari.

36. Deniq; afferimus confessoria & negotiorum actiones dari etiam possessoribus.

Painly Gregory Veruslandis in difference let viceroy Jan 1564

Dicimus dispensationis predictam varijs tamquam

Buddy Vroom for roofer in the neighborhood of Redwood Valley, Sonoma Co., Calif.

Aeromagnetic Survey from the Surveys ab interiore

polimpius ut impotens quam utilius I C et causa pfecti
principis artij et pudentis plementis effectu regnumne sed
nihil sum

Sundaburgus Regis duci p Baldumpon

R. et min. Vedd informis. fol.

Reliquum Vnde rieferus. fol

100

Cratophilus

Digitized by srujanika@gmail.com

... . 51

161

6
In the following section we will consider

9. *Constituted by John W. D.*